

Alte Drucke

**GENETHLIA CHRI-||STI, PIIS MANIBVS || ILLVSTRISSIMÆ ||
DVCISSAE DOMINAE || ELISABETHÆ D. IOHANNIS
FRI=||derici secundi Ducis Saxoniæ, Landgrauij ...**

Hamerschmidt, Nikolaus

Mulhusii, 1595

VD16 ZV 30718

Abschnitt

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Niterum vivi pervenimus omnes hæc.
Ut vox (q dudu speravim⁹) alta sonaret.
Filius Ecce Dei cœlo demittitur alto,
Plaudite mortales, regi date vota recentis,
(Vestra salus agitur) quo præside secula tandem
Terrea cessabunt, succedent aurea mundo.
Quē cœlum, quē terra tremit, vel quicquid in illis,
Spiritus almus agit, nutu veneratur amico,
Sola tamen posita mentis formidine virgo
Non timet illa DEL aduentum, Sed numinis alti
Plena Creatorem virt⁹ producit in auras,
Salve virgo igitur, non ullo sanguine nitens,
Sed sola pietate: Decus te suspicit orbis,
Claraq⁹ communem superant tua dona pudorem.
Namq⁹ illibata Deus ex te nascitur ille,
Cui pater omnipotens sub leges mittere mundum,
Iusticiaq⁹ dedit gentes frenare superbas,
Sed quis facta Deus, celebri quis carmine laudes
Alme tuas dicat: cum à te ceu fonte perenni
Profluit ubertas cunctarum maxima rerum.
Non ego, si linguas centum, totidemq⁹ fideles
Ora ministrarent juvenili in corpore Musæ,
Castaliq⁹ mihi vel pocula plena liquoris
Sufficerent, possem laudum comprehendere formas.
Agmina pastorum turbæ demissa per auras
Aethereas niveo faciem circumdata cultu
Carmine perpetuo dubitant extendere famam.
Sed circumfusi velut ætheris axe ministri
Oscula nascenti puero properata dederunt.
Etsi natalem, si clara revolvimus astra
Omnia percipimus cœlo constare sereno.
Cynthia cum phœbo faustos spaciata per orbes
Frigus hyperboreum supplex demulcet & astum⁹
Tunc Venus affulget, tunc omni luppiter hora,
Felicesq⁹ micans præbet Cyllenius ignes,
Vastatum fines Mars iverat Amphitrites;

A 3

Falcis

Faleiferiq; sensi patrum grave sidus in omnem.
Invitum tenuit Styx atra, umbræq; profundæ.
Sidera, quæ primo simul exortiuntur Eoo,
Et quæ noctivago secum trahit Hesperus ortu,
Dulce ministerium convexa per ardua jungunt.
Tunc stupet Orion, sive vamq; Lycaonis Arcton
Obliquo retrahit tardus temone Bootes.
Tum verò in numerum montes, Collesq; supini
Ludere, tum rigidæ motare cacumina quercus,
Arboreisq; simul frutices gaudere videntur.
Tunc rapidos sistunt ingentia flumina cursus.

At postquam Dominum fama super æthera notū
Solamen genitrix peperit mortalibus ægris:
Nō Solyme ipsa moverit, non atria marmore recta,
Altæve magnanimæ ducunt Capitolia Romæ,
Non Tyriæ tenuere arcæ, non recta cruentæ
Herodis cepere Deum: miserata labores
Vrbs Bethle infantis Christo cunabula præbet.
Felix ante alias urbes, Rectoris olympi
Splendidum ob exortu Bethle. Nam laudibus ipsa
Immortalis eris, totumq; verenda per orbem
Cumq; impones æterna silentia vati,
Et gauisa suo obmutescet Apolline Delus.
Reprime nunc vocem magno celebratus honore
Pythice, non ultra claris dominabere Delphis,
Nec tibi paucæris adolescenti ignibus aræ.
Siste tuas Pentheu lacrymas non amplius atræ
Eumenides retro lacerabunt membra cruento,
Nec tua difficulti turbabunt recta ruina,
Imperium ponet soboles Semeleia luctus
Causa caputq; tui, sic mendax omnia Protheus
Desinet in varias astu se vertere formas.
Nectu, credè mihi, curru Berecynthia mater
Amplius incedes phrygias turrita per urbes
Non vobis coeli regnum, regnive Corona,

Sed

Sed data scepta D^eo, cuius sine fine potestas
Solis ad occasum florebit solis ab ortu.
Hic r^es sollicitas magno turbante tumultu
Sistet, & oppressum jus lance tuebitur aqua.
Hunc Dominu Nilus, duplex hunc Iordanis unda
Cognoscet, post hos, Albis, Verarisc^p profundus,
Et cui nunc rerum est commissa potentia Sala.

Pinguia culta secans latebrolo flumine Nilus,
Irrigat Aegyptum cœlo gratissimus amnis,
Euphrates Alix facundos efficit agros,
Indus at immensa venti bonitate secundi
Conserit Eos alieno semine campos.
Flave Vierra tibi melior vis insita: quamvis
Non beet Arctostua frugibus unda colonos;
Tu camen æthereos optato murmure rores
Largius effundis, tua nectare dulcior unda est.
Tu sacer antiquas etiam baptimate sordes
Abluis, & virus satanæ lethale repellis.
Non hominum nugis, sed rerum credulus uni
Auctor, sequeris fas & vestigia recti.
Ecce tibi fert magnum fidei constantia fructum.
Hic Deus Hesperio cœlestis Tybride pulsus
Venit, & obscuris requiescere maluit undis.
Hic habitat, (nec vana fides) vidisse fatetur
Incola, testaturq^e Deum, cum fronte corusca
Ipse salutiferum de gurgite redderet omen.
Ullic præcinctus dum præterit ense viator
Catorum Augustas sedes, aditusq^e timendos,
Ostendens socijs his, inquit, finibus olim
Saxonici consors & sceptri & sanguinis Héros
Præfuit, hoc flentes steterant in vertice nymphæ.
Absentē PIETAS cum mœsta sonaret alumnus.
Quanquam ò, sed tantos iuvat exhaustire dolores,
Sentiet ultioris pœnas fortasse Tonantis
Prauā cohors tantæ fax, & tuba lœva ruinæ.
Aequa D^ei mens est, Sed lors nō omnib. æqua est.

Hunc superum mores, & inambitiosa colentem
Numina pieridas, tanta in discrimina traxit
Liuor iners vicium, peperit Libitina tumultus
Improba sanguineum movit Bellona flagellum;
Afflavitq; suos Ate scelerata furores,
Sic ope Dirarum Alecto inflammata sororum
Egit in ancipitem tua, DVX pie vela charybdin.
Si qua mihi liceat componere sacra profanis.
An magis Isacidem, vel te celebrabit Vlyssem
Vox mea: ter denos plusquam civiliter annos
Carceris in tenebris, ripaq; binominis Istri
Nostra tuis lacrymis, & iniquo criminis luctu
Qui luis, heu vires ultra sortemq; senecte,
Avulsamq; tuo de corpore meritis acerbo
Funere penelope non exorable fatum.
Quos igitur gemitus: vel quæ suspiria tristi
Corde proci trahitis: quo sudant cardine vestri
Telemachi: sah vereor ne turpi perdita luxu
Cernat Agarrenos Ithacensis terra triumphos.

Manibus hoc satis est, nunc ad te Christe revers
Parua mora: inter seposito certamine reges (at
Pacifici ante tuas aras, paterasq; tenentes
Stabunt, & placida donabunt munera mente.
Hic chorus angelicus spacio vertice cœli
Aducat in venti morem, agmina fusa per agros
Excutiens hominum testatur voce per umbras,
Nunc igitur juvenes evincti tempora ramis,
Nunc & turba senum gaudens, matresq; decoris
Solute vota Deo, & atq; hæc addite verba,
Quæstibi concinimus submillo pectori laudes,
Accipe, materies Deus es pulcherrima laudis.
Quem iuvat ex nihilo terræq; marisq; vocare
Semen, & illustres rebus super addere formas.
Vnde tibi celus, tibi paret & æquoris undas,
Ut rapidum terræ stupeant, consistere Solem,
Utq; homines videant ignis cessare vigorem.

Autor

Autores, insigni quem tam venerantur honores
Non te ullæ vires, non terruit ipse superbus
Lucifer, arma tenens, rutilo sed pulsus olympos
Cum fremitu stygias fugit indignatus ad umbras.
Tépora iam redeunt, ubi cynthus Orbe peracto
Latior, aspectu sele mortalibus offert,
Et faciem abstensa depromit nube serenam,
Qui prius Icarias vergens inuitus ad undas
Cimmeria obduxit latum caligine mundum.
Gratia lata favet, nymphæ gaudete decentes,
Phæniciq; novo gratum aspirate favorem
Nec cessate prius, quām dicat, serta quid illa;
Fallimur, an nobis iam secula verna propinquant,
Omnia dum subito patrium vertuntur in ævum,
Dum stipata cohors placidam per membra quiete,
Irrigat, & nivea velatum tempora vitta
Accolit adfistens, me suavis Amaracus æquè
Floribus, & dulci puerum complectitur umbra,
Sic facite Aonides, sic & mirabitur ipse,
Venerit ad cunas ut sedula turba piorum,
Utq; recens nato chorus assurrexerit omnis.

Quamvis non ullo princeps circumdatuſ auro
Regna tenet, nec ei stellatus laſpide fulva
Lectus adest, Tyrio non murice lana rigescit
Ast vitam in tenebris & caula ducit acerbam,
Bos ubi languentem morsu depascitur herbam,
Musa genethliacum tamen ad cunabula carmen
Dicere prompta mea est, mores imitando vel artem
Angelici cætus, superas qui latetus in auras
Implevit clamore polum, nec verba locutus
Villa priora, DEO quām se testantia gratum
O segnes homines mora quæ tenet, ite frequētes,
Vox erat, ite citi, regemq; requirite vestrum,
Hoc opus insuetum lupra caput exciter aſtrum.

Gaudia percipiens vicino pastor in antro
Curibus ad properat, scumq; urbis moenia Bethles
Ingres

Ingrederetur, ait, summisso hæc poplite verba,
Salve vera salus hominum, mea magna voluptas;
Vos simus eximia læti salvete parentes.
Infantis virtute D[omi]n[u]s quem sapientius ipse
Venturum audivi nostras sarcire ruinas.
Seilicet hunc prisci vates, hunc usq[ue] prophetæ
Prædixere ducem, primusq[ue] sacerdos imus autor
Est pater ipse Deus, qui post commissa parentum
Crimina nostrorum te præmia nascier orbis
Iussit, & inferni fraudes sopire draconis.
At postquam virgo genitrix te sede profectum
Aetherea nostris infantem suggeret oris,
Tunc fessis requiem, miseris sperare salutem,
Tum certum exitijs finem posuisse licebit,
Sis felix, nostrumq[ue] leves puer alme dolorem.

Talis & Aethiopu[m] loca personat ultima rumor,
Amplificat famam peregrini luminis ortus.
Quiq[ue] vel ingenio, vel præditus artibus Atlas
Axem humero torsit stellis ardentibus aptum;
Ferre onus erubuit, quo niam sine numine vanus
Est labor omnis ait, volventem sidera molem
Quilibet alter agat, me preenitet huius honoris,
Atlas alter adest, nostro iam cognitus a[et]eo.
Dicit ab Isacia nomen sibi gente, vocantq[ue]
Hunc seruatorem Latij, Sotera pelasgi
Hunc coluisse piuum est, huic me parere necesse est.
Ergo ego divitijs, & thuris onustus odore
Ad Solymam stellatendam duce fortiter urbem.
Muneris auctori gratissima munera portans
Causa viæ Deus es, faveas oramus eunti.

Annuit omnipotens, & dona Sabæa ferentem
Quamlibet indignum, cœlestibus intulit astris.

F I N I S.